DE COMETA ANNI 1664.

Matthejis. Astronomia. De Co.
metis 810.

DE PSEVDOSTELLA, SEV COMETA,

Quę apparuit anno Domini 1664. Mense Decembris.

DISQVISITIO ASTROLOGICA

In Obseruationes distincta, & regulis Trigonometricis, secantium, tangentium, basium, & angulorum illustrata.

Auctore
GAVDENTIO BRVNACIO
Doct. Rom. Philiat. Ven.

Ad Serenis. Principem
IO: FIDERICVM
Ducem Brunsuic,
& Luneburgi.

VENETIIS, M. DC. LXV.

Typis Francisci Valuasensis.
Superiorum Permissu.

Serenissime Princeps.

Veteres illi Romanæ Reipublicæ Quirites cum primum Statuas, Immagines, ceteraque Temporis monumenta aliquibus designare voluerunt, Delphicum petiere Oraculum, quibus nam sano consilio forent collocanda? & responsum fuit, fortissimis tantummodò, ac Sapientissimis Viris esse dicanda. Antiqua ista Dogmata à

Scriptoribus precipuè vsurpata, per ætates etiam ad nostra Secula deueuerunt, animumque meum suasere, has Lucubrationes de Nouo Phenomeno Mensis Decembris præteriti tanquam Sapientiæ Votum Celsitudini tuæ Serenissimæ sacras facere; Nec me, vel laboris mei tenuitas, vel existimatio, ne voti compos fierem potuit deterrere, cum & summa Serenissimi Principis, ac Domini mei clementissimi non me lateat benignitas, nec ignorem in Isthmo Appollini minima quæque sacra ideò, & pergrata fuisse, vt denotaretur, etiam minima non spernenda oblata, cum signa sunt obsequij, ac reuerentiæ. Meum igitur est obse-

quium.

Alcidica Virtute calcare. Vale, & ad vostri Oeui gloriam iterum vale.

Venetijs die 2. Februarij 1665.

Celsitudinis tuæ Serenissimæ

Hum. Deditiss. Obsequentiss. Famulus
Gaudentius Brunacius.

NOI-

NOI REFORMATORI dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquisitore nel Libretto intitolato *De Pseudostella, seu Cometa, quæ apparuit anno Domini* 1664. non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro, niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo licenza, che possi esser stampato, osseruandosi gl'ordini, &c.

Data à 24. Gennaro 1664.

Zuanne Donado Reformator.
Andrea Pisani Procurator Refor.
Battista Nani Cau. Proc. Ref.

Angelo Nicolosi Segretario.

DE

quium, quod Celſitudini tuæ Sereniſsimæ in hoc meo Libello voueo, ac tanquam ſummæ Virtutis Iubari tractatum de Pſeudoſtella duco tribuendum. Et quidem, quibus nam in toto orbe non innoteſcit Sereniſs. Principem Io: Federicum Philoſophica, Theologica, aliarumque Scientiarum Dogmata ita callere, vt ſolus, vel Hereſes, vel Sophiſmata omnia valeat confutare? Quare meritò veluti Sapientiæ Numen ipſum debeant venerari. Verum quò nam in longum protrhaeretur iſta Epiſtola mea, ſi Sereniſsimæ Celſitudinis tuæ dotes vellem recenſere, vel ſi maiorum tuorum laudes, vti pluribus mos eſt, quot nẽpè Seculis inſignita Nobilitas tuis

Regis

NOI REFORMATORI dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquisitore nel Libretto intitolato *De Pseudostella, seu Cometa, quæ apparuit anno Domini* 1664. non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro, niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo licenza, che possi esser stampato, osseruandosi gl'ordini, &c.

Data à 24. Gennaro 1664.

Zuanne Donado Reformator.
Andrea Pisani Procurator Refor.
Battista Nani Cau. Proc. Ref.

Angelo Nicolosi Segretario.

DE

quium, quod Celsitudini tuæ Serenissimæ in hoc meo Libello voueo, ac tanquam summæ Virtutis Iubari tractatum de Pseudostella duco tribuendum. Et quidem, quibus nam in toto orbe non innotescit Serenis. Principem Io: Federicum Philosophica, Theologica, aliarumque Scientiarum Dogmata ita callere, vt solus, vel Heresses, vel Sophismata omnia valeat confutare? Quare meritò veluti Sapientiæ Numen ipsum debeant venerari. Verum quò nam in longum protrhaeretur ista Epistola mea, si Serenissimæ Celsitudinis tuæ dotes vellem recensere, vel si maiorum tuorum laudes, vti pluribus mos est, quot nẽpè Seculis insignita Nobilitas tuis

Regijs

Regijs Laribus effulxerit, qu
Duces Exercituum, quot Reges
Reginasue Germaniæ, & Itali
nec non in presentiarum Daniæ
quot denique Romano Imperi
Cesares ATESTINA Pro
pago tribuerit, pertingere au
derem? Sicut ergo ea, quæ tot com
plectuntur Volumina vni Epiſto
læ locum dare foret inſanum, it
quid tuorum laudes memorar
maiorum opere prætium eſſet,
in te vno quidquid eorum magni
tudo, quicquid Virtus, quicqui
Animi dotes continere valen
ſumma admiratione conſpiciun
tur? Vnde affirmari iure opti
mo poſsit, illos quidem Viam
ad famæ æternitatem dediſſe
Celſitudinem tuam Sereniſsima

Alci-

DE PSEVDOSTELLA, SEV COMETA,

Quę apparuit Anno Domini 1664. Mense Decembris.

Disquisitio Astrologica.

Auctore
GAVDENTIO BRVNACIO
Doct. Romano Philiatro Veneto.

Prephatio

QVM ad illos iam deuenerimus annos, quibus vna concurrunt, & Pithagoricinumeri, & Astrologorum prædictiones, nil mirum, si humana de futuris præscriendis ambitio adeò mortalibus nouo nunc apparente Phenomeno insita sit, vt iure optimo affirmari possit, nullum aliud tam perspicuè, & admiratis oculis vnquam inspectum; tanquam, vniuersi

Terrarum Orbis, vel innouatio, vel Catastrophes immineat. Quapropter inter tot Astrorum cognitioni,& scientiæ addictos, operæ pretium duximus huius nouæ Pseudostellę, seù vt vulgo dicitur Cometæ quidditatem non modo,figuram, magnitudinem, & colorem perpendere, sed, & motum, Positionem, Tempus, & effectum pro viribus pręsignare, iuxta Peripateticorum Principis monita, qui consuluit de qualibet re inquirendum, An sit, Quid sit, Quotuplex, & propterquid. Quibus vltrò quesitis, sicuti perfecta consideratio postulat, adnotabimus, an iste Cometa sit maior Sole, itidem an supra Solem locum obtineat, an Rotundus sit, vel cōuexus, an Corpus igneum, vel lucidum per se, an à radijs Solis illustratum, an diaphanum, liquidum, an solidum, quot signa peragrauerit, & infecerit, & vltimò quantum temporis instet ad suos producendos effectus. Quod totum per obseruationes, & demonstrationes cla-

Obseruationes de isto Cometa quales erunt.

claritatis gratia erit distinctum; Quia verò dependent omnia ab Historia, apparitione, & figura ipsius, ideo sit,

---

OBSERVATIO I.

In quo Pseudostellæ apparitio, Motus, Tempus, situs, & figura in totum premonstrantur.

PSeudostella talis cum primum Plebis oculis apparuit, nec illi tempus, nec locum, nec figuram, nec colorem conciliatum esse audiuimus; Alij enim apparuisse asserebant Mense Nouembris, alij Decembris; à nonnullis Astrorum peritis constituebatur in ♏, ab alijs in ♎. Aliqui dicebant habuisse magnam comam, alij mediocrem, à quibusdam caudata, ab alijs comata nominabatur; Multi clare-

ſcentem, nonnulli tandem tanquam ſanguine profuſam decantabant.

Fortunatius tamen die 18. Decembris obſeruata eſt ſub Poli Grad. 41. long. 38. & verè inſpecta eſt prope Roſtrum Corui, & fundum Crateris, in Plicatura Hydræ, & in manu ſiniſtra Centauri, hoc eſt in grad: quarto libræ cum latitudine 24. ſe mouens ab Ortu in Occaſum, & rediens ad idem punctum horis 23. min. 56. ideſt velocius Sole. Die 19. in grad. 2. ♎ cum lat. grad. 25. & vltra; idque etiam obſeruatum eſt ſub Poli g. 43. lat. 37. congruenter ad motum prædictum. Die 20. in g. 30. ♐. lat. 27. Die 21. pariter ♏. gr. 27. min. 30. lat. 29. Die 22. in ♏. gr. 21. lat. 34. Die 24. in ♏. grad. 17. lat. 36. min. 30. Die vigeſima quinta latuit; ſed debebat eſſe in grad. circa 12. ♏. cum lat. 40.

Die 26. fuit in g. 3. ♏. cum lat. 43. Die 27. in gr. 24. ♌. lat. 45. Die 28. in ♌. gr. 10. cum lat. ſere 50. Die 29. in g. ♋ 18. cum lat.

lat.49.perfectè;& hęc fuit maxima latitudo Auſtralis Cometæ, vt Venetijs ſub Poli eleuat.gra. 45. exactiſſimè obſeruata eſt; hicque ſimul concordari poſſe cognouimus omnes obſeruationes, tum exteras, tum noſtras; nam ſi quæ fuit, vel relata, vel experta differentia in huius Cometæ motu ad refractos à vaporibus radios refundi poſſe compertum habemus, quippe quod irregulari nimia excreſcentia,& variatione aſtronomicus calculus computari poſtularet, vt in figura illa Grazij apparet.

Hinc ne in longum percurramus, cum ſequentibus diebus à die ſcilicet 30.Decembris 1664. vſque ad diem 8. Ianuarij 1665. Pſeudoſtella talis eleuata ſit a ſua maxima lat. ad Sirium, Lepus, Eridanum, & ad Cætum; aſſerendum nobis erit peragrare per Circulum maximum euolutum a Coruo ad Hydram, Argum, Sirium, Cætum, principium Tauri, prope Caput Andromedæ, pedem Pegaſi, alam Cigni, Caput Cigni, ſub Liram,

ſuper læuam Herculis, Stellam maiorem in Capite Serpentis, Oſiuchi, inde ad Spicam ♍, tandem ad roſtrum Corui, quod melius delineato Celeſti themate comprobabitur.

His diligenter obſeruatis, multa alia circa tale corpus non ſpernenda ſumus percontati.

Primò ſtellam iſtam nitore ſub fuſco præditam eſſe, nec auro, nec argento, ſed ferro benè expolito ſimilitudinem habere.

Secundò magnitudinem eius excedentem quodlibet Sidus, & & eius diametrum apparentem eſſe 10. min. circiter.

Tertiò in Centro iſtius fulgoris conſpeximus aliquas paruas ſcintillas, quaſi motu continuo agitatas, & interdum apparentes, & aliquando euaneſcentes.

Quartò circa iſtas ſcintillas euoluebatur radius perfectè ſphericus coloris, & magnitudinis predictæ.

Quintò egrediebatur à tali luminoſo circulo aliud lumen uniforme nitori, quo fulgebat

radius

radius circularis; quod tangens magis, quam secans periferiæ superficiem protendebatur in longum ad modum caudæ Hirundinis, & eius fulgor eò magis deperdebatur, quò à Corpore Phenomenis prolongabatur. Vide fig. A.

Sextò hic fulgor (siue cauda, siue Coma vocetur) terminabatur hinc inde ab Vmbra nocturna, quæ prope talem lucem obscuriori tractu apparebat, sicuti talis lux prope talem vmbram lucidiori linea emicabat, quasi fieret auctio vtrorumque per Antiparistasim.

Septimò hic radius habebat quatuor latera duo equalia inter se, & duo Parallela Latera inter se equalia ducebantur a Disco Pseudostellæ, hinc inde, & extendebantur visibiliter vsq; ad grad. 50. incipiendo scilicet à dicto Disco, & progrediendo vsque ad deperditionem illius radij vniformiter difformiter. Latera Parallela, sed inequalia fiebant à diametro Cometæ, & à linea terminante latera in

grad.50.Illud latus erat, vt diximus m.10. Hoc verò erat longum 18.grad.

Octauò causam querebamus, non quia maior, vel minor appareret; sed cur talis radius dilataretur extra, perstringeretur verò intra Cometæ Discum. & diligenter agnouimus talia latera coincidere in Corpus Solis, & se ibi intersecare, quare nobis occasionem præbuerunt asserendi talem caudam esse radium Solis transeuntem per Corpus Cometæ tanquam per Vitrum; semper etenim ille radius protendebatur ex opposito Solis, eo modo, quo illi opponitur Terræ conica vmbra, idque etiam Argolus se in cometis obseruasse fatetur Astronomicorum Capite XVII. & totum conspicitur in predicta fig.A.

Nonò ex Opticis etiam regulis compertum est talem Caudam a principio versam fuisse ad Occidentem: quando verò fuit in Argo cepisse se ad Orientem voluere, & hoc fuit post

suam

ſtam maximam latitudinem Auſtralem.

Decimò à die 18. Decembris vſque ad 10 Ianuarii percurriſ- ♎. ♏. ♑. ♒. ♓. ♈. ſigna Zodiaci, & obſeruauimus multa admiratione radium, ſeu Caudam Pſeudoſtellæ ſemper verſum fuiſſe ad Leonem, Cancrum, & aliquando ad Gemini, idque ſpatio prædictorum dierum, poſtmodum enim nubilo factus aer vlteriorem Cometæ prohibuit inſpectionem. Notetur figura D.

Tandem obſeruauimus die 26. Decembris omnes conueniſſe obſeruationes tum Romæ, tum Venetijs, tum Anconæ, tum alibi factas, & nullam Parallaxim, diuerſitatem ſcilicet aſpectus agnoſci, adeoque poſſe conſtitui ſupra regionem Saturni Diſco appropriatam, vt ex ſequentibus conſtabit.

OBSERVATIO II.

An istud nouum Phænomen sit verè Pseudostella, seù Cometa.

VAnumquidem foret hoc percurrere Caput, cum vniuersalis opinio sit istud nouum Phænomenon esse verum Cometam; & vniuersalis omnium sententia magni semper sit existimanda, vti aiebat Sapiens ille; Nunquam etenim fertur ad aliqua comunis credulitas, quæ cum prudentiorum non conferatur fundamentis. Ac proinde etiã nunc tẽporis habetur Astrologorum ferè omnium Bononiæ, Ferrariæ, Mediolani, & celeberrimi Carneualis Rauennæ prolatum, qui de hoc Phænomeno suum quoque ædit tractatum; Itidem Romæ doctissimi Masini Bononiensis Palladij Pub. Lect. nec nõ Patauini accuratiss. Math. P. de Angelis, Anconæ P. Natalis Carmelitæ iam

Refertur opinio cuiusdã astrologi Et refellitur.

Præ-

Præceptoris mei in hac Arte amantiss. & Doct. Caroli Moscheni, & denique Pisauri P. Bonauenturæ subtilissimor. Phil;

Verùm quia Astrologus quidã suam in hac Vrbe opinionẽ substinere nititur, hunc verè non esse Cometam, idcirco eiusdem rationes, quas in medium adducit perpendamus.

Fundamẽtum primum ipsius erat. Cometam istum non esse in genere eorum, qui Comati, vel Caudati dicuntur, eo motus precipuè, quod circa Lunæ Decembris Plenilunium Cometa sine Cauda, vel Coma apparebat.

Alterum erat, quod radij illi Caudam efformantes erant disiuncta a Disco Pseudostellę.

Tertium quia istud Phænomen dici non potest, neque sublunaris Cometa in sentẽtia Aristotelis, neque Æthereus in sententia Tychonis, Argoli, & Cardani; non sublunaris, quia iste non apparet ignitus, sed splendescens, ac proinde potius sit refractio Radiorum solarium in aliqua Nube; Non Æthereus,

quia secundum Astrologiæ Principia nullum Corpus Celeste mouetur Luna velocius, & motus istius Cometæ obseruatur multo velocior ipsa Luna; & cõfirmabat totũ precipuè ab inequalitate motus, ac sit res, quæ vento rapitur, & quatitur vti Meteoroscopice contemplatur; & à diminutione ipsius Cometæ, quam iam euanescere prædicebat.

Cuicunque tamen innotescet istum verè fuisse Cometam ratione illustrationis radiorum, qui certè disiuncti apparuere per accidens, sicuti etiam per accidens delituere; Luna enim versus Plenilunium aucta splendore, illum Cometæ aliquo modo obnubilat, vti succedit de Stellis, quæ interdiù radiantes non apparent, sic etiamsi disiũctio radiorum aliqua nocte appareret, (quod tamen est falsum) neque per hoc negandum est, non esse, neque caudatum, neque comatum, sicut nemo Astrologorum affirmare auderet tres illas Stellas, quæ Iouem comi-

comitantur aliquando euanescere, quia aliquando non inspiciuntur, cum verè id proueniat ratione Vmbre ipsius Stellæ Iouis, vti demonstrat doctissimus Argolus; Quam autem vlterius sit fallax id, quo ipse affirmare conabatur, ideo hunc verum Cometam non esse, quia nullum Corpus Æthereum mouetur citiùs Luna, & ideo motui celerrimo istius Cometæ, immo inequali, non posse assignari aliquam positionem in Æthere, statim nemo inficiabitur, qui considerabit inter Corpora Cœlestia Saturnum precipuè, & ipsum Solem esse Luna velocioré; Saturnus etenim minus horis viginti quatuor suum cursum ab oriente ad occidentem peragit, cum Luna 26. horis circiter id exequatur. Motus autem inequalitas nec agnoscetur, si Centrum motui Cometæ adsignabitur, vti apparet in schemate posito.

Ætheream autem huius Phænomenis naturam, & eiusdem supra Lunam non modo, sed sup-

pra Saturnum positionem Parallactica Doctrina, & Geometrici calculi ostendunt. At sophisticis istis Astra contemplandi modis amplius non insistendum; Longè etenim inter se distant scientias subolefacere, & intelligere!

OBSERVATIO III.

In qua perquiritur quid sit Cometa, an constet Materia elementari, vel Aetherea, seù an sit sublunaris, vel supra Lunam.

MAxima, & adhuc in dubijs agitata questio est inter Philosophos, & Astrologos de essentia Cometarum. Alij etenim in ea sunt opinione Cometas omnes esse Sublunares, & consequenter de materia elementari. Alij verò asserunt Cometam omnem esse de natura ætherea, &

Varia. de Cometæ Opiniones.

& supra Lunam. Hinc diuisi inter se acutissimas prodidere sententias, inter quas pro prima parte adscribitur illa Metrodori, qui Cometam in sua ethimologia considerans, quæ dicitur Latinè *Crinita impressio*, affirmauit nil aliud esse, quàm *Solis impressionem in Nube*. Heraclides Pontius illum dixit *Nubem sublimem ex sublimi illustratam*; Strabo *lumen Astrorum in densa Nube coniectum*. Celeberrimum tamen omnium, ac decantatum in scholis est Peripateticorum effatum, quo ex Aristotele eorum Principe Cometa definitur: *Exalatio Terrestris in suprema Aeris regione accensa*. Vnde cecinit Poeta. *Terrificam sparso, qui ferat igne comam*. Postremò Iulius Scaliger partim cõsentijt cum Aristotile, & partim dissentijt; concedit enim Cometam esse, *materiam vaporosam, & exalationem terrestrem*, at negat igneam esse, sed *tantummodo à Sole illuminatam*, & subdit *vi Syderum eleuatam in supremam aeris regionem*.

Metrodor.

Ethymologia Cometæ.

Heraclid. Pontius.

Strabo.

Arist. & Peripatetici.

Iul. Scaliger.

Illi

Illi verò, qui substinent Cometam esse æthereum, etiam inter se diuisi sunt; nam aliqui sentierunt, illum esse *plures stellas inuicem coeuntes*, vti Democritus; vel *simul collucentes*, vti Anaxagoras, vel *plures statuto tempore in Orbem recurrentes*, vti Pithagoras; vel *plures flammis cri-*
Humanitas in lactea Zona apparentes, vti D. Anselmus; Pulcherrima itidem est opinio Antiquorum illorum, quam refert Piccolomineus, qui effinxere *Cometam esse vnam ex stellis Pleiadum*, seù vt aliqui volunt Hyadum, aut Virgiliarum, quæ post Troiæ excidium à Socijs, quæ inter se continuò choreas ducunt, discessit, & sola permeauit ad Circulum Articum moerore plena, & plorans, eo quod Troiani cecidissent; hæc autem stella Electra illa est Atlantis filia, quę in Cœlo collocata fuit à Ioue, eo quòd Bacchum lactauerit; & ab ista Troiani ortum duxere; Aliquando verò redit ipsa versus Socias. Crinibus sparsis, vndè dicta est Cometa, & Crinita, precipuè

Democritus.
Anaxagoras.
Pithagoras.
De Imagimundi lib. 2 cap. 28.
Piccolomin.

verò,

verò, quando Regnorum excidia, & Orbis calamitates imminent. In qua fabella tota continetur essentia Cometarum, nõ enim fabulæ adinuentæ sunt sine misterijs, sed *altior, prosũdiorque mens, & intellectus in ijs occulitur*, vti dixit Plutarcus lib. de Mus; ideoque Plato in Alcib. admonuit *Non debere, qui initiati non dum sunt sapientiæ incidere in Homerica Poemata, ne fabellas censeant Hæroem illum scripsisse.* *Plat. & Plutarcus.*

Doctissimi Neoterici, inter quos Cardanus, Tycho, & Argolus, alijque plurimi, statuunt Cometam, aliaque Phenomena esse *materiam de nouo genitam in Etherea ratione, ibique à Solis radijs illustratam*, quod Parallaxibus, & Geometricis demonstrationibus comprobant. *Cardanus. Tycho Argolus.*

Aliqui quodam veluti medio stare nixi sunt, ex quibus Hebrectus dicit *Cometam esse nouas stellas ex materia Cœli genitas in Aethere, vt plurimum emicantes, aliquando verò, indifferenterque in Aeris parte superiori*; quæ opinio monstruosa, non esset, si *Habrectus.*

vali-

validis firmaretur rationibus, vti ex infrascriptis poterit adnotari.

Christophorus Rotmannus.

Sic Christophorus Rotmannus contra Veterum opinionem, qui negarunt hanc materiam elementarem Æthera scandere ait *Cometam esse exalationem terream, & hanc super Æthera ascensam, ibidemque illustratam.*

Ambrosius Rodius.

Vltimo recenseri potest Ambrosius Rodius, qui considerans ista Phenomena naturæ ordinem non habere, effatus est *Cometam esse Corpus Cœleste de nouo genitum vltra naturæ ordinem*; quare veluti quamdam Causam innaturalem, vel supra naturam agnouit.

Autheris Opinio.

Quid autem inter tot celeberrimorũ Virorum sententias nos ipsi habeamus, apertis verbis dicimus, & firmiter existimamus Cometas esse in dupplici differentia, Æthereos scilicet, & sublunares, & hæc differentia sit secundum situm, non materiam, ac proinde quando *sublunares sunt esse exalationes terreas.*

terreas in ſuprema Aeris regione accenſas, quemadmodum Trabes ignitæ, & ſimilia Metheorologica apparent; quando vero *ſupra Lunam ſunt, tunc eſſe à radijs Solis illuſtratas*.

Fundamenta, quæ huic opinioni nos addixerunt, iſta præcipuè fuere; Imperceptibile etenim eſt Veteres de Cometis, alijſque Traiectionibus adeo expertes non fuiſſe, vt ſupra Lunã haud potuerint eos commenſurare, ſeu quod ſub Lunam non agnouerint, vti de Sole, & Firmamento certum eſt, ipſos veriſſimas habuiſſe altitudines. Quod ſi Tycho, alijque Neoterici Cometas, aliaque Phenomena obſeruarunt noſtris ætatibus ſublunarem non permeare regionem, vt Argolus ait, non per hoc vniuerſaliter ſtatuendum videtur Cometas omnes eſſe æthereos; Immo quam magis conſonum eſt poſſe etiam ſub Lunam Meteorologicas dari apparitiones, ſicuti Cometarum eſſentiam, & generationem perſcrutanti ex ſequen-

quentibus innotescet.

Ideo vero credimus Neotericos sibi ipsis suasos fuisse Cometas omnes esse tantũmodò ethereos, eo quia tanquam certum supponunt exalationes terrestres, & vaporosam materiam cælestem Regionem afcendere non posse. Hoc autem affirmare in summa cogit absurda, cum enim quilibet nouus effectus à sua noua causa dependeat, quomodo poterit effectibus istis de nouo assignari causam de nouo, absque eo, quod fiat motus generationis, & corruptionis? ac proinde quomodo noua Phenomena in Cælis producentur si de materia ingenerabili, & incorruptibili sunt efformata? Quam difficultatem Argolus considerans primo fassus est *ista, veluti à nostra cognitione remota adscribenda esse operibus omnipotentis Dei, qui prout libet noua creat Phenomena, vt nouitates in mundo significent, & generalia accidentia portendant*; ob id *infirmissimam esse nouorum Phenomenum speculationem natu-*

ræ

turæ ordinem, tempus, legesque non seruantium. Secundò tamen vt Philosophicis speculationibus locum daret subtilem immaginatus est rationem; quod scilicet, cum probatum sit noua Phenomena nullibi locorum in Cælo generari, quam circa Galaxiam, seu viam Lacteam, ibi dupplicem adnotauit naturam, nempe expansum æthereum, quod est vehiculum luminis, & subiectum, per quod Astrorum radij nobis præbentur conspiciendi, & aliam, quæ est altera materia præter ipsam collucentiam stellarum, siue naturam Astrorum; quod videre est in ipsa Galaxia, quæ cum sit congeries plurium minutarum stellarum, iste circulus necessariò non participat tantũmodò naturam expansi, neque tantũmodò Naturam Astri, sed alterutrum, quod format viam Lacteam; ac proinde noua Phenomena non possint esse de natura expãsi simpliciter, quod se habet loco termini, neque de natura simpliciter Astri, quia

non

non generaretur de nouo, nec euanesceret; Vnde in *Galaxia sit vera, & noua causa materialis Cometarum*. Quod quidem ita fieri existimauit idem Auctor, quando illæ stellę minutissimę prębent veluti atram concauitatem, & hyatum quemdam, per quem transeuntes radij Solis de nouo illustrant, & nouum Phenomenon producũt; atque ideo solum circa Galaxiam non alibi aspiciantur isti noui effectus, vti de facto in Via Lactea visæ fuere illæ tres Stellæ, prima anni 1572. in Sede Cassiopeæ; secunda 1600. in pectore Cigni, tertia 1604. in genu Serpentarij lucidissimas omnes, & Veneris magnitudinem fere æquantes.

Stellain sede Cassio. 1572. & alia 1600, & 1604.

Verum maximis quoque Viris in Astrorum scientia licitum nobis sit pro veritate aduersari, & fateri rationes istas valde infirmas, ac experimentis ipsis consistentes non esse; Non etenim primò fas est ordinem Firmamenti tanquam inuiolabilem antiquis omnibus

rece-

receptum interrumpere, & mutationes in ipſo Ætheris compoſito agnoſcere; Secundò nimium experimentis ipſis rationes iſtæ abſonæ apparent. Cometa enim, qui viſus eſt anno 1661. in Aquario diſtabat 50. grad. à Via Lactea; Itidem iſte 1664. maximè diſtat, & penè per duo ſigna, in ♎ nanque ortum duxit; neque dici poteſt à via lactea originem habuiſſe, & circa ipſam interiturum; Nam Cometa 1661. euanuit in eodem ortus loco grad. 20. à Galaxia, & ſic de iſto 1664. affirmandum eſt, quod ſicuti in ſigno oppoſito euaneſcit, ita totaliter in eodem ortus loco ſit interiturus. Ratio præterea firma non eſſet illa, qua probaretur, quod quia ſolũmodò fierent iſta Phenomena circa viam lacteam, ideo ab ea ſumere deberent materiam; Nam poſſet dici, quod ſicuti illa via eſt tanquam faſcia efformata ad validius, (vti in Fornicibus ſuccedit) Cælum ſubſtinendum, aut quia, vel eminentior, vel occultior, ita de facili

circa

circa ipſam potius, qui
ceteras ætheris partes te
motus nouorum Phenome
& tanquam ad centrum
rant. Hoc autem obiter fit
& ſolum validiora illa ſuſci
tur fundamēta, quę circa æ
ſtabilitatem, & inuariabil
vario equalitatem verſantu
Firmata igitur ſtabilitate
incorruptibilitate, ſeu ad v
generationem ineptitudin
ipſo Æthere, certiori inda
nobis procedendum videm
Hermes quod ex Hermetis doctrina
facilè expiſcari continget.
riſſimum etenim ſine menda
credimus, omne *id quod eſt ſu*
rius eſſe ſicut id, quod eſt inferi
vti dixit ille antiquiſſimus P
loſophus, & experiuntur e
Artis filij, qui agnoſcunt æt
ream ſubſtantiā, ignem, aere
aquam, & terram in vnico co
poſito, quod veluti Chaos oc
lis Vulgi apparet, & ſapientibu
quod mirabilius eſt, via ſimp
Sendiuo citatis innoteſcit; vnde Sen
gius uogius ait: *Oculi ſapientum nat*
ram vident aliter, quam oculi co
munes;

munes; quid enim est, quod nos impulat ad asserendum naturam, seu materiā Cœli, & superiorum esse diuersam à materia sublunari, & Elementorum? cum bene congruat, non magis differre ista omnia inter se, quam per hoc, quod sint magis, vel minus pura, ac proinde quid nam aliud sit aqua, nisi terra subtiliata, aer nisi aqua sublimata, ignis, nisi aer purificatus, & postremo ipsum Cęlum quid aliud, nisi materia omnium elementorum maxime subtiliata, & purissima reddita? veluti Adamas inter Lapides, seù vt alij dicunt constet ex elementis, non elementatis, & in summa perfectione anatizzatis, qua equalitate elementa incorrupta manent, & sic Cœli sint incorruptibiles, & eterni, vti etiam licet arguere de ipso auro, & Adamante respectu aliorum mixtorum, quæ tempori cedunt, & formam istā puriorem non habent. Sic quoque Philosophandum est de varietate ipsius Materiæ Ætheris, quod scilicet id, quod participat

magis de aere puriori formet stellas, & luminaria maiora, de minus puro ipsum expansum Firmamenti. De qua aeris puritate, quia participat hic inferius ipse ignis, quem elementarem dicunt Peripatetici, hinc est quòd naturali instinctu trahitur sursum, quod euenit, quia *Natura intendit semper puritatem maiorem*, & sic constitutus est Mundus cum purissima armonia, & perfectione maiori, & minori, immo cum vi magnetica Naturæ de minus puro ad magis purum, atque ideo ignis, non tendat sursum, quia superius sit sphera illa immaginaria, quam non nisi pudore repeti potest existere supra aeris regiones ad excipiendum istum ignem elementarem, optimè enim impugnatur ab Argolo refractionum doctrina, alijsque rationibus à Cardano; & ratio efficacissima mihi est, quod si ille ignis esset ex aere puriori, nõ flammesceret, cum *aer purus flammescere non possit*; ni Philosophi istud imperceptibile velint,

Non datur Sphera Ignis.

hoc

hoc est ignem sine flamma; si verò dari deberet vlterius propria Ignis Sphera, cur non ipse Sol,& Luna, nec non ipse stellæ, quæ in sententia Veterum ignis sunt,nobis vero tãtumodo summe luminosa? Verum id aliorum cõsiderationi relinquimus; Solũ pro doctrina Cometarũ putamus infallibile, quod ideo fiat motus perpetuus in natura, vel ignis, vel aliorum elementorum ad superius, quia natura semper appetit exaltari, atque purificari, cum verissimum sit *purius solummodo supra minus purũ quiescere*. Vnde Cæli in eternum stabunt, quia hoc nõ habuerunt ab Auctore Naturæ,vt ad maiorem puritatem tenderent. Isti itidem motus ad maiorem, & maiorem puritatem perpetuo fiant, vel actione motus Planetarum, Solis, & ipsius Ætheris, quo motu calor fiat, vel quia Sol Cœlestis coniunctus Soli centrali Terræ hunc excitat, & quidam calor fit,qui nunquam cessat agere;& sic atque nunquam cessabunt resolui in aerem, &

aer in aquam humido aduenientе, seu si accedat magis ad Astrorum motum, ipsum aerem ita purificari, vt penè amplius aer, seu quoddam ex elementis dici nō possit, sed potius veluti quinta essentia elementorum, quæ Cælum à veris Philosophis appellatur.

Atque modo nostram opinionem pandimus de Generatione, & causa materiali Cometarum; Nam quādo aduenit, quod eleuetur exalatio terrea, & vaporosa per calorem Solis Cœlestis, & centralis ad secundam aeris regionem fiunt fulmina, tonitrua, & similia Meteorologica, quando verò ad supremam vti dicunt aeris Regionem, tunc fiant Phænomena sublunariā, quæ accenduntur a calore per vicinitatem Solis ipsis administrato, quidquid sit, vt diximus, an per motum, an per igneitatem Sol calefaciat, vti annuimus, quæ quidem calefactio fiat è directo cōtra illos, qui dicunt Solis radios è directo, non calefacere, sed solummodo per refractionem, si

Cur fiant Pluuie fulmina &c.

enim

enim vel igni, vel motui indiuisibilis est calor, consequens est, quod vbi maior est actio ipsius mobilis, seu agentis, ipsi etiam propinquior sit calor; sicuti etiã de igne nostro elementari videmus, quod calefacit è directo, quod benè intellexerunt antiqui Phætontis fabella; Secunda autem Regio, quam dicunt aeris frigida quidem sit per accidens, quatenus in ipsa terminantur Vaporum refractiones, qui à motu illo circulari naturæ, vel à vi Solis, & syderum attrãcti, siue à terra, & aqua emissi, ibique concurrentes, cum ratione aeris calidioris in tertia Regione debeant, vel purificari, vel quadam veluti Antipariſtasi retrocedere, vel condensari, hinc est, quod reactione, & pugna partim inspissati vapores redeunt in pluuiam, nimes, & grandines, partim in Nubes, & similia degenerant. *Phetontis fabella.*

Quando verò istæ exalationes terreæ, quæ supremam aeris scandunt Regionem, in ea efformarunt Phænomena sublunaria,

ria, quia illa materia adhuc impura flammescere poterat, & si illa eadem materia reperiatur disposita ad recipiendam puritatem maiorem, ibi non quiescit; sed adhuc amplius elevatur ad spatij immensitatem, quæ dicitur Æther, tunc ex illa materia sine aliqua nota corruptibilitatis Cœlorum efformantur noua Phænomena supra Lunam.

Aer est etiam in Æthere. Aerē etenim extendi credimus vsque ad firmamentum, cum neque soliditas, neque vacuum debeat cōcedi locis Planetarum; qui aer quidem adeo purus sit, vt ferè specie videatur differre ab aere sublunari, & ex illo tamquam disposito ad recipiendam formam cœli benè posset Auctor naturæ nouum cœlum efformare; ita melius comprehenditur, quommodo Sol, & alij Planetæ moueantur in aere, vbi in propria sede quiescunt absq. appetentia motus ad Centrū, & maxima solum admiratio sit de motu ex Oriente in Occidentem, qui per Intelligentias fieri dicitur, & sic etiam bene percipitur,

Quomodo formentur Cometæ in Æthere.

Cur Sol nō cadit

pitur, quomodo Planetæ quomagis ſunt terræ viciniores, eo grauiores, quo remotiores, eò velociores; Immò hinc bene ſoluitur dificillima illa cognitio de motu Planetarum, qui aliquando tardius, aliquando citius mouentur, vti de Marte, Luna, & precipuè de Sole manifeſtum eſt, qui dum ſunt in Perigeo tardius mouentur, & tamen velocius moueri deberent, quia Circulum minorem ducunt, ſic Sol, quando eſt in Capricorno vicinior eſt terræ, & tamen motum ſuum peragit ſpatio viginti quatuor horarum, ſicuti quando eſt in Cancro, in quo altiſſimus eſt, & Peripheriam maiorem ducit, quod benè ſaluatur, nec vllo alio modo ſaluari poteſt, ni dicatur etiam ad Planetas aerem exalare, & aerem minus puriorem eoſdem recipere, quo veluti pondere grauati, etiã eodem tempore, minorem peripheriam peragunt, ac maiorem; quod etiam dici poteſt euenire, quia dum Sol eſt in Capricorno penè ſupra aquas ſemper pro-

greditur, quod signum est materiam vaporosam, & exalationes etiam vltra supremam aeris regionem ascendere, quod non accidit in Cancro, in quo Sol magis super terram progreditur *

* Iul. Cæs. Scaliger.

His positis benè apparet Ætheris materiam non differre specie à materia sublunari, sed tantummodo puritate maiori, & minori, contra quod non valet refractionum doctrina, & nouarum stellarum demonstrationes ab Astrologis desumptæ ad probandum, Regiones illas non esse imperuias, non igneas, non crasso aere compactas, non aqueas; namque si aer Æthereus plusquam puritate distingueretur, quid formæ sublunarium interesset cum actione formæ, & influxu ipsorum corporum cœlestium? & quid vis illa magnetica sublunarium intercederet cum Æthere? sicuti ergo non implicat per alios dari expansum permeabile, stabile vehiculum, subiectum luminis, & causā materialē nouorum effectuum

ctuum circa Galaxiam, ità benè stare potest ipse aer purus æthereus, ad quem transmittatur aer sublunaris cum aliqua spissitudine; quæ spissitudo lumen postea suscipiat, & à Sole illustretur & quæ sit postea nouum Phænomen.

Atque id ipse Argolus negare non potuit, dum lib. p. Astronomicorum cap. 4. ait. *Ceterum non negandum regiones æthereas recipere aliquid ætherogeneum; vapopores etenim, postquam aeris Regiones pertransierint per æthera earum aliquæ partes attolluntur, & loca Planetarum prefertim Solis, & Lunæ, quæ plurimas causant in eadem Luna apparentias, ac in Sole maculas; quarum maxima pars resoluta à calore Astrorum crassitiem, & densitatem Aetheri communicare non potest.* Quid ergo amplius inquirendum de causis Cometarum? absque eo, quod ponatur distinctio materialis inter sublunaria, & Æthe-rea; & hæc quidem benè lucida esse admodum possint ex perfectione materiæ, sicuti videmus

Etherea sunt luminosa ex perfectione materiæ

etiam in ſublunaribus, veluti Licendulis, & oculis nonnullorum animantium, qui noctu lucent, & vti etiam apparet in aliquibus lapidibus pretioſis, Piſcibus, alijſque inſectis; Ex quo lumine maxima exoritur difficultas circa magnitudinem Cometarum, immo ipſius Solis, & Stellarum, cũ videamus Corpus luminoſum etiam in maxima diſtantia ferè nihil diminui; quod lumen etiam difficultat rotunditatem Solis, & Lunæ; ſi enim ſpherica eſſent iſta Corpora lumen tantummodo appareret in puncto vti optimè demonſtrat. Hoc lumen denique tollit è medio maculas in Sole, quæ tantummodo ſint illa Materia terreſtris, quæ Cælos petit non adhuc purificata.

Dubiũ circa Magnitudinẽ Solis, & Eius rotunditatem.

Non dãtur maculæ in Sole.

Purificationis ergo methodus, quem aſſignamus in compoſitione Vniuerſi verior noſtro ſenſu eſt opinio; eleuatio enim ſpirituoſæ, & purioris ſubſtantiæ à terra, & aqua indeſinens eſt, vt generationes, & mutationes tam in Cælo, quam ſub Lunam fiant. Erat autem ne-

ceſſa-

cessarium, vt materia ista vniuersalis, seu Hylæ Philosophorum hoc haberet, vt semper tentaret ad puritatem reduci; sicuti videmus id naturale esse in vino ebulliente, vti adnotauit Io. Baptista Faber, & in multis dum fermentescunt, vbi apparet naturalis ista eleuatio, quæ semper accidit, quotiescunque aduenit calor, quod impediri non potest, etiamsi in vasis fortissimis vinculis alligatis includerentur, quæ disrumperentur; & totum id est ratione spirituositatis, quæ tendit ad supremum puritatis, & hac de causa fortasse Terremotus fiunt, quia aer vult priuari illa spissitudine in cauernis acquisita, & purificari.

Io: Baptista Faber Pallad. Chim.

Cur. fiant Terremotus.

Cometa igitur ex dictis erit exalatio simpliciter; quæ si constet impuritatibus, sublunaris erit, & cum igneitate, si autem cum magna puritate erit supra Lunam; & cum valdè purum non flammescat, ideo necesse est, vt à radijs Solis illustretur, qui radij sunt illi, qui Comã, & Cau-

dam faciunt, quare Cometa duplex est sublunaris, & Æthereus, non alteruter solummodo, & sic sunt veræ opiniones Aristotelis, & Astrologorum omnium de essentia, & causa materiali Cometarum.

OBSERVATIO IV.

De multiplicitate Cometarum

REmanet hic inquirere, quotuplex sit Cometa, & sic iste Cometa hoc tempore, cuius nam sit speciei. Astrologi, inter quos Albertus Magnus lib. p. cap. 3. tract. 10. Nouem faciunt species. Plinius lib. 10. quinq. numerat; Comunis tamen est Caudatus, Crinitus, Barbatus, hic verò Cometa in numero est Caudatorum, vti videri potest.

Albert. M.

Plin.

Colores itidem Cometarum multiplices agnoscũtur, igneus, rubeus, niger, pallidus, plumbeus, & albus, seu argenteus, qui melio-

melior omnium. Cometa noster est coloris ferrei argento mixti.

OBSERVATIO V.

An Cometa noster sit Sublunaris, vel Æthereus.

DEclarato quomodo Cometa possit esse sublunaris, & Æthereus, igneus, & à radijs Solis illustratus, modo videndum est, an iste Cometa, qui hoc Mense Decembris apparuit, sit supra Lunam, necnè; & breuibus respondemus esse supra Lunam, immò supra ipsam Saturni Spheram, quæ altitudo probatur Parallactica doctrina; ista enim Pseudostella Parallaxim non habet, vti ex varijs relationibus distantissimorum locorum habetur. Præterea si iste Cometa non esset supra Lunam, ille Radius non tenderet versus firmamentum, vti tendere omnes aspexere.

Sed

Sed magis ex alijs obseruationibus apparebit.

OBSERVATIO VI.

An Cometæ Cauda sit Ignis, an Radius Solis.

OBseruauit doctissimus Argolus Caudas Cometæ Æthereæ esse omnes ex opposito Solis, ex quo demonstratur nil aliud esse, quam radium Solis per Cometæ Discum pertranseuntem; Probatur itidem ex dimensione ipsius radij, nam si esset ignis illa flamma tam in longum non protraheretur, vti narratur de illo Cometa, qui apparuit anno 1618. in Belgio, & in tota Europa, quæ plusquam ad quingentena milliaria Germanica protendebatur. Cauda vero nostræ nouæ Stellæ, vt inferius dicemus prolungatur vsque ad 30000. Semidiametros Terræ, & illa anni 1661., quæ in B. per decem gradus.

dus Cœli extollebatur. Præterea id euidens est ex modo progressionis; progreditur enim, & extenditur à Corpore Cometæ vniformiter difformiter, seu ad modum prosumationis Pictricię artis, quæ difformitatis vniformitas, non potest in Æthere, nisi à radio confici, & perfectissimè ad latera progressus ille terminatur; idque demonstrant illæ duæ lineæ laterales radio, fulgentiores, quam ipse radius, vt figura A. ostendit.

OBSERVATIO VII.

An sit supra Solem.

DIco non modo esse supra Solem; sed supra Saturnum semidiametris Terræ 70808. Patet primo esse supra Solem, tum quia nullam dat Parallaxim, quia ille Radius non est versus Centrum, sed versus firmamentum, & consequenter Corpus Solare

se habere, vt superius ad inferius dicendum est; quod autem sit supra Saturnum ex demonstratione sequenti ab eius magnitudine decerpta colligetur; cum enim sit maior Sole, & appareat minor, quam Sol, si non esset supra Solem appareret maior Sole.

OBSERVATIO VIII.

An Cometa iste cum sit supra Solem sit maior Sole.

RAtio opticarum demonstrationum ostendit Cometam istum esse Sole Maiorem; & patet nam ex diametro apparenti colligitur vera magnitudo Corporis Ætherei sumpta proportionali distantia per minuta, vti de Sole dicit Argolus, quod diameter apparens est 31. minut; istius verò Cometæ est circiter minutorum decem, consequenter, cum sit supra Solem

lem erit etiam Sole maior.

Si autem Discus Cometę cum diametro apparente decem minutorum n n esset maior Sole sequeretur, quod ille radius faceret an ulum acutum, non semper magis, ac magis expansum, quod euidens est, nam si Corpus minus illuminetur à maiori optica demonstrat radium formare angulum acutum, quando verò Corpus illuminans est minus, & illuminatum maius, tunc radius vniformiter disformiter dilatatur; at radij isti dilatantur in Cometa, non restringuntur, ergo signum est Solem esse Cometa nostro minorem.

Ratio euidentissima pro magnitud. Cometa.

Cum autem ex Calculis Astrologicis habeamus Cometæ Caudam esse latam propè ipsum Corpus Cometę minut. 10. circiter, & versus finem esse latam circiter 18. grad. hinc est, quod argui possit Cometam istum esse Sole Maiorem 18. vicibus habita proportione ad distantiam Cometæ à Sole; & vt accuratius, quã potui licuit indagare

dagare regulis Trigonometricis, secantium, tangentium, Basium, Angulorum, & Circulorum habemus Cometam istũ distare à Sole semidiametris Terræ 80000. circiter; A Centro Terre 81300. semid. & sic Discum Cometæ esse maiorem Sole viginti tribus vicibus; immo supra regionem Saturni 70808. semid. & eius Caudam esse longam 30000. semid. Terræ.

Cometa 1664. magnitudo & situs.

Quapropter si Cometa iste esset lucidior Sole conica Vmbra Disci Solaris coiret in puncto post distantiam à Centro Solis Semid. Terræ 1240. circiter. Hinc huius Nouæ Stellæ, adeò mirabilis distantia est, vt an constitui possit supra firmamentum asseuerare vereamur; videant illi, qui agnouerunt fixarum distantiam tantum modo à Tellure Semid. 14288. Vnde Copernicus non irrationabiliter firmamenti altitudinem penè inmensurabilem dixit; quæ verò de Parallaxi affertur ad refractionem reducendam obseruauimus.

Copernicus.

OB-

OBSERVATIO IX.

Cometa noster est Corpus Diaphanum.

ISta obseruatio dependet ex positione, quod Cometæ Etherei sint à radijs Solis illustrati, ac proinde cum per Corpus istius Cometæ transeat Radius Solis, qui Caudam efformat, consequens est, Cometam nostrum esse Corpus diaphanum; vti apparet in aqua, cum à Radio Solis perlustratur.

OBSERVATIO X.

Motus Cometæ est vnus Motus, cuius Motus Centrum est Terra.

IN figura nostra H. demonstratur Cursus Cometę, quōmodo vnus fuerit, & semper respectiuè in distantia equali à centro Terræ M.

Hic

Hic adnotandum est motum istius Cometæ velocissimum esse, si motus signetur ab Oriente in Occidentem, respectu vero signorum esse tardissimum, vti de Stella Saturni patet.

Nō datur motus Retrogradus.

Ex his redarguimus Opinionem illorum, qui Cometam istum faciunt Retrogradum, nos enim firmiter tenemus Retrogradationem Planetarum, aliarumque traiectionum non dari; quia, vt docent Philosophi, idem simul duobus motibus moueri non potest, vti accideret in Retrogadatione. Dicimus verò id euenire, quia tunc Planeta mouetur velociùs, & sic videtur esse Retrogradus; motus enim ille debet adnotari, qui est verus, & proprius Planetæ, & quo ducitur ab Oriente in Occidentem minus, quam horis viginti quatuor, quo tempore illi dant Planetis retrogradationem, & iste motus non effictitius est, vti sunt signa, quæ consequenter cum sint effictitia etiam faciunt effictitiam istam retrogradationem; & hoc totum manifestum

In motu Retrogra- Planeta velociores.

fit

ſit figura prædicta H. vbi notatur ſtatus Spiritualis curſus Cometæ à die 27. ad 30. Decembris factus ſpatio viginti quatuor horarum, quo tempore differentia diurnalis fuit magis ſenſibilis, vt in Configuratione demonſtratur.

OBSERVATIO XI.

De Duratione Cometæ.

NVlla poteſt aſſignari ratio de duratione Cometarum; omnes enim varietate temporis differunt, licet plures Auctores Cometis terminos aſſignent, vti Seneca 7. natur. Quæſt. c.12. menſibus Senis tempus longiſſimum earum deſinere affirmat. Plinius verò lib.2. .25. ait breuiſſimum ſpatium eſſe ſeptem dierum longiſſimum octuaginta, & idē ſentit D.Anſelmus; verum habetur plures Cometas integro anno ſe oſtendiſſe, illa vero 1661

ſolum

solum circa viginti dies apparuit.

Quare etiam de nostro Cometa nil certi afferri potest; tantum enim perdurant Cometæ sublunares, quantum illa materia accensa definit consumi, sic Cometæ Æthereæ tantum perdurant, quantum materia illa stat, nec motu dissipatur, & discontinuatur.

Si vero quamprimum Cometa iste amplius non apparebit, non est, quod dici debeat ipsum euanuisse, nam ista occulta io erit per accidens, & respectu Solis, cui in dies appropinquatur, nam primo distabat à Sole per sex signa, modo verò tantum per tria.

Quo autem pergat materia illa, quæ Cometam efformauit, dicimus variò posse accidere, & primo potest fieri rarefactio, & dissipari ipsam materiam per Ætheris expansum, ecundo potest remanere in Æthere veluti nebula, sicuti Argolus in quadam Cometa considerauit, & sicuti ex relatione Tychonis in

loco

loco vbi apparuit illa noua Stella remansit quedam atra materia Carbonem referens, quæ adhuc consideratur : vnde Astrologi philosophentur vlteriùs.

OBSERVATIO XII.

De Prognosi.

CIrca Prognosim, quæ maxima erit nostrarum Obseruationum, primò cõsideranda est opinio illorum, quæ ferè comunis est, & palam concluditur in Scholis, quod scilicet vti dixit Argolus primo Astron. cap. 17. nunquam Cœlo spectatum impunè Cometen; vnde Pontanus cecinit *Dirum mortalibus omen Spargens sanguineos flammato vertice Crines*; & ille alius *Terror hic haud error fallax; scelus omne Cometa est, Nec face stella caret, nec mala Mens Nemesi*; extat itidem Sibillæ vetus Orac. lib. 3. *Sole sub occi-*

occiduo vero vocitata Cometa Stella relucebit gladij mortalibus index, Et famis, & mortis, preclarorumque Virorum.

Neque vero Sola Astrologorum Schola id asserit; sed etiam Sacrorum Doctorum auctoritates id passim confirmant;

Sed nec Auctoritates, nec opiniones mouerent, ni superiorum ætatum euentus ex apparitione Cometæ prognosim indubitatam facerent. Pulcherrimum etenim est dictatum illud Celsi: *vbi experimentum fidem facit abijciendæ sunt rationes.* Vnde habetur ante euersionem Hierosolymæ Cometam integro anno se ostendisse. Constantini Magni mortem Cometa quoque pluribus mensibus perdurans præcessit. Sic ante aduentum Attilæ in Italia Cometa se ostendit; vti etiam euenit in defectione Constantinopolitani Imperij, & ante Mauritij Imperatoris necem: Post ingentem Cometam ann. 1305 Pestis vniuersum ferè orbem infecit, sic ante mortem Caro

Celsus.

IV. & Filippi II. Regis Hispaniarum Cometæ apparuere, & notabilissimus fuit ille anni 1618 qui præcessit mortem Pontificis, Imperatoris, Regis Hispaniarum, Ducis Brabantiæ, aliorumque Principum. Precipuè vero, quando plures Cometę apparent, vti modo vociferatur, quod decima hora noctis appareat alter Cometa ex parte Orientis, quod grauissimum signum esset, sicuti habemus, quod Anno 1570. Cometæ varij apparuere, & tempora adeo fuerunt turbulenta, vt Gregorius Mundi finem instare existimauerit.

Altera opinio omnimodè aduersatur superiori, & substinet ista Phenomena, & Stellarum mutationes nihil per se portendere iuxta illud Hieremiæ, qui ait; *Nolite timere à signis Cœli, quæ timent Gentes*; nec non iuxta illud Isaiæ: *Saluent te Augures Cœli, qui contemplabantur Sydera, & supputabant Menses, vt ex ijs enunciarent ventura tibi*. Vnde Hor. perbellè ad Leuconon. decantauit: *Tù neque*

quesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi finem Dij dederint Leuconoe, nec Babilonios tentaris numeros: idem Tullius considerans ait: *Comtemnimus Babilones, qui in Caucaso Monte Cœli signa scrutantes numeris, & notis stellarum cursus prosequuntur.* Contra illos, qui more Caldeorum Astrorum scientiæ addicti sunt, ita Satyricus inuectus est: *Caldeis, sed maius erit fiducia quicquid Dixerit Astrologus credet de fronte relatum Ammonis.*

Verum vtraque ista opinio, vel imprudens, vel temeraria nostro iudicio; & cum Sanctis Patribus primò existimamus Cœlestes Traiectiones esse verissima signa de futuris, vti Ioannes Damasc. lib. 2. Quid. 27. Cometas præcisè fatetur tanquam signa ad ista diuinitus assumpta. Cometas nos assimilabimus Manui, quæ Baltassaris necem crastinam inscribebat; Discus sit Manus, Cauda Calamus, Signu, quo Cauda vergit sit Tabula, & radij Characteres, quibus futura significantur; Ideoque Origenes

Io: Damasc.

genes ait, Cœlum est sicut Liber omnia futura scripta in se continens, quæ tamen Deus delere, augere, minuere potest, sicuti de facto Ezechielis vitam prolungauit. Pulcherrima est ad propositum istum Historia Caroli Magni Imperat. qui conspecta Cometa petijt ab Eginardo Philosopho, quid nam portenderet? timebat enim, sicuti verè accidit mortem sibi imminere, cui Eginardus prudenter illud Prophetæ opposuit: Nolite timere à signis Cœli, quæ timent Gentes; sed retorsit Sapientissimus Imperator, se non metuere signa; sed signorum Opificem Deum, eumque ob id venerari, quod lacessitus hominum sceleribus Reges, & Populum, hac ratione præmonet, priusquam feriat, vt ad Pœnitentiam eos prouocet. Secundò preter signi proprietatem concedendum est Cometis naturalis influxus, vti Ptolomeus ait, hoc est diffundi vim quamdam ab Ætherea natura in vniuersam Terram circumpositam, sicuti Panormitanus,

Origenes.

Panormitan.

nus, qui de Astrologicis præd
ctionibus ait de Infirmitatibus
valetudine, Morte, & alijs iud
cium facere, non esse peccatum
& permitti bonis Astrologis
Hæc tamen Etherea vis circa
ea, quæ ad liberum Arbitriu
spect nt quidquam valere C
tholici omnes negamus, & cu
Cassiodoro dicimus: *Non S*
dera possunt in mentes, animosq
pios; sed sola tenentur Pecto
anhela malis.

His igitur positis iuxta Eccl
siasticos Canones tantummod
influxum Corporum Cœlestiu
Corporibus sublunaribus co
cedentes Cometæ nostri pres
gium aggredimur.

Et Primò cum istud nouum
Phenomen apparuerit in trig
gono aereo, inde processerit a
igneum, aqueum, & terreum
& recipiat vires à coniunctio
Maxima ♄ & ♃ facta in trig
no igneo, & relationem habe
ad Cometam anni 1604. qui
Trigono etiam igneo visus fu
consequenter poterunt iterum
innouari illa verba Doctissim
Viri,

Viri adnotatione digna. *O vos omnes Hispaniæ, ac Galliæ Reges, Italiæ, ac Germaniæ Principes expauescite pertimescite Signum à Deo missum nempè stellam 1604. in signo igneo excitaturam ad arma; ita vt omnes homines sua natura ad sanguinem effundendum* sint inclinati. *Inde subiungit: licet hæc sint seua post annum 1630. seuiora erunt post annum 1640. seuissima autem post annum 1650.* nos autē addimus, non solum talia Regna pertimeant; sed omnia Mundi Regna: nullum enim est Trigonum, quod Cometa iste non inficiat.

Secundò dicimus omnis generis mala nullo excepto per tale Sydus denotari testimonio innixus, tum D. Anselmi de Imag. Mun. asserentis Cometas esse stellas Regni mutationes, aut Pestilentiam, Bellum, æstusue portendentes; tum ratione Circuli Maximi, quod peragit, vt dictum est obseruat. pr., tum ratione naturę ipsius Stellæ, cum sortiatur illam Martis, & Lunæ;

cuius color ferreus argento mixtus ſemper bella pronũtiat, tum etiam ratione ♎ & partis Auſtralis, in qua apparuit, cuius Aſteriſmus ſiccus eſt Mortiferus, & Peſtilens; & talis Trigoni Dominatores ſunt duo Planetæ Malefici: primus ♄ qui cum ſit naturæ deſtructiuus; affert etiam omnium penuriam ad victus neceſſitates; perturbat aeris temperiem ad vitæ facultates; & adducit alia plurima humanæ ſocietati contraria: Secundus eſt ☿, qui terremotus, tempeſtates, & morbos plurimos afferre dicitur. Quæ omnia Ciuitatibus illis experimento erunt, quæ ♋ ſubiecta, in Prouincijs ♎ eſſe ſe agnoſcunt: Et quidem, quid nam boni à Corui, Hydræ, & Crateris imaginibus expectare debemus?

Tertiò repetendo ea, quæ diximus ſuperius, quod ſcilicet illa tantummodo ſe habeant de poſſibili, nullumque reſpectum aut vim habeant circa Arbitrii humani libertatem, conſideramus, quod tota Orientis Quadripar-

dripartitio futura erit in commotione, & precisè illi Populi, quibus verticalis Cometa apparuit, vt accidit Asiæ, & partim Afficæ, & Europæ, facili negotio excitabuntur ad sanguinem fundendum, & se ad Arma parabunt. Missa, Nuntia, Tractatus, Sponsiones, Expensas fraudari continget, & longa tandem simulatione illudentur. Et quia locus Cometæ, vel in terminis ♄, & ♃ vel aliorum errantium incerto preludio enarratur, actus etiam tales ignoto velo latentes (licet multa tarditate) subitis tamen aggressionibus erumpent. Hinc forsan videbimus Martiales istas traiectiones prius geri, quam parari; quod totum per Centauri Asterismum Crateris, & Trigonum terreum præfiguratur.

Quartò talium Mundi agitationum inundationes, vbi nam primo erumpere debeant, licet nobis ignotum relinquatur; notum tamen est, vbi expandi debent, vt dicemus; tantaque erit vis, & impetus armorum, multitudoque

tudoque armatarum Gentium, vt abscisso huic Hydræ vno capite Centum excitaturã conspecturi simus, nam à ♅ nihil fausti Mundo promittitur precipuè, cum hoc seculo existat in sua magna Coniunctione cum ♃ in trigono igneo, & tempore huius Cometæ reperiatur in Domicilio ♄, cuius Asterismus noxius est; & iungatur ☽ ☉ ☿ quorum configurationes violentiam significant, & exitus infelices, vt ex 4. Quadripart. Ptol. habetur, vnde inuasiones, confusiones, deditiones, Bonorum vastationes, Vstiones, Arcium amm ssiones, Ciuitatum, Prouinciarumque depopulationes infestæque incursiones subsequentur: Et quia ♂ est in aspectu ♃, nostris inimicis fortunatissimas victorias, vltra speratum, & vltra credulitatem; & in Martialibus administrationibus felicitatem maiorem pronunciat: omniaque ferro, igne, cruciatibus, omnibusque Martirij generibus, seuitateque vastari: Nullas vires constare, nullumq. cõsilium valere premonetur.

Ptol.

Quin-

Quinto, Omnia Errantia ad apparitionem huius nouiErrantis reperta sunt in ♃ trigono ☉ & ♀, quæ impijs Sectatoribus, Maumettano ritui presunt, & in hoc signò exaltatur ♂ in suis terminis existens à ♄ patrocinatus. Hinc nobis fatendum indicamus predictosOriētali Quadraturæ apparatus excitandos esse ab Ottomanni potestate; tum etiam à nouis Sectarijs omni crudelitate, libidine, violentia, & pestilentibus sententijs innixis promouendos. Vnde & Calamum, & Ensem, & linguam, & Manus contra verum, & pium Cultum certatim insurecturas timemus. Et vtinam ab istis Diocletiani tempora, & Attilæ ab illis non renouentur; nam configurationes sunt valdè nocuæ, & satellitia conspicua. Vnde Cardanus asserit. Cometæ habitudo ad Solem in quarta Orientali Magni Legislatoris ortum præfigurat. *Cardanus.*

Sextò, Ad quam autem partem istæ predictiones sint peruenturæ facilis erit inuentio, si con-

consideretur, ad quam Plagam Cometæ Cauda protendatur, etenim obseruatum est à principio suæ apparitionis vsque dum ad Argum, & Canem Syrium peruenit versam esse ad Occidentem; postmodum verò à Lepore, Orione, Eridano, & Cæto Orientem infecisse, quasi naturam Leporis consecuta esset. Hinc non minus Occidentis, quam Orientis Habitatores nocua experientur: Notabilius tamen conspectum est Caudam istam, siue ad occidentem, siue ad Orientem conuersam, semper infecisse Asterismum ♋ & ♌ & aliqua parte ♉ & ♊; vnde Ciuitates, & Prouinciæ, quę sub istis signis configuranrur cautionem maiorem eis habere necesse erit.

Septimò, Verum quia in huius Luminosi traiectione, postquam eius Discus ad ♉ deuenit factus est primi Luminaris defectus, & hoc in Signo terreo, cui Tracia subijcitur, iudicandum erit post multa damna, deuastationes, incursiones, & bella Prouincijs ♋ & ♌ illàta defecturã esse potenti

tissimam Stirpem Lunarem, & eius imperium inuasurum à duobus potentatibus sub ♉ immagine constitutis, quapropter in maiori nostro belli, & calamitatum incendio subito cessabunt flammæ, vti Asterismus Syrius Ierotum Animal & ♋ demonstrant.

Octauò, Redibunt Barbari post varias incursiones ad proprias Sedes reuocati ab ignibus intestinè concitatis; reportabunt isti multa thesaura, vti Systema ♀ ☉ ♂ & Argonaui illis promittunt. Et demum in occasu proprij Solis, an etiam talis Secta sit casura, relinquitur considerationi coniunctionis maxime in ♂ factæ anno preterito 1663., de qua non est hic longior sermoni locus.

Nono, Tandem insurgent tẽpora feliciora, vti certificant nos configurationes consequturæ. Quo tempore autem talia prefigurata accidere debeant, & quantum spatij instet ad talium effectuum productionem: Astronomi nonnulli obseruant signa,

quæ

consideretur, ad
Cometæ Cauda
etenim obseruat
pio suæ apparitio
ad Argum, & C
peruenit versam
dentem; postmo
pore, Orione,
Cæto Orientem
naturam Leporis
set. Hinc non m
tis, quam Orien
nocua experientu
tamen conspectu
istam, siue ad oc
ad Orientem con
intecisse Asterism
aliqua parte ♉ &
tates, & Prouinci
signis configuran
maiorem eis habe

Septimò, Verun
Luminosi traiecti
eius Discus ad ♉
est primi Luminar
hoc in Signo terre
subijcitur, iudica
multa damna, deu
cursiones, & bella
& ☊ illàta defectu

cissimam Sinyem Longum, & eius imperium insularum a duobus potentatibus sub ☿ imagine continetis, quapropter in maiori nostro belli, & calamitatum incendio subito cessabunt flammæ, vti Asserimus Sinum Iercum Animal & ☲ demonstrant.

Octavo, Rebunt Barbari post varias incursiones ad proprias Sedes reparati ab ignibus ultimo in theatro, vti Systema ☿ ☉ & Angusti illis proximum. Et denuo in occasu proprij Solis, ac etiam illis Sectis ac cæsura, relinquunt consistentiam tumultibus maximam, & in perpetuo bello, nil quia nobis hic longior dictionis locus.

Nono, Tandem regnat [illegible]

[illegible] Hom illis pe- descent, & let ad tribum [illegible] onem: Abscrunt figura, [illegible]

quæ peragra it Cometa, t ibuẽ-
tes cuilibet ſigno annum vnum;
quod ſi verum eſſe ſupponimus;
fatendum erit omnia prenotat
ſex annorum curriculo perdur
tura; & quidem primis tribus
hinc annis bella hoſtibus ſec
da indicabuntur, cum per tri
ſigna Cometæ Tractus ♋, &
inſecerit; reliquis ſubſequen
bus oppoſita pronunciabu
tur, cum ex illo tempore D
Cauda ad orientem conuerſ
reuerſa fateatur. Reliqua à ſ
curſus Cometæ, & loco euan
ſcentiæ ipſius cõſideranda rel
quimus.

Hæc habes Lector, quoad
tempore potuerũt exarari. Om
nia demum tanquam incerti
dinei ſubiecta te credere, & ta
quam Diuina præmonita con
derare monitũ volumus, & exe
tamus; futurorum enim ſcient
verè ſolum eſt in ſummo Re
Motore; Vnde D. Paul. 1. Coriut
cap. V. bene nos docuit, quo
Sapientia huius Mundi ſtultitia e
apud Deum. Vale.